Vegetius, Epitoma rei militaris (III prol. 8; 26, 1-6. 9-17. 25-26.28-33)

Vegetius – mit vollständigem Namen: Publius Flavius Vegetius Renatus – verfasste am Ende des 4. Jh. n. Chr. ein Buch über das Militärwesen, in dem er antike Quellen zu einem Handbuch zusammenfasste.

Im dritten Buch der „Epitoma rei militaris“ sind folgende Grundsätze der Kriegsführung zu finden:

1 Qui desiderat pacem, praeparet bellum. Qui victoriam cupit, milites imbuat[1] diligenter.

1 imbuere, imbuo, imbui hier: ausbilden

2 Qui secundos[1] optat eventus[1], dimicet arte, non casu. Nemo provocare, nemo audet offendere, quem[2] intellegit[2] superiorem[2] esse[2], si pugnet.

1	secundus eventus (-us m.)	das günstige Ergebnis
2	quem intellegit superiorem esse	von dem er erkennt, dass er überlegen ist

3 In omnibus proeliis expeditionis condicio talis est, ut, quod tibi prodest, adversarium noceat, quod illum adiuvat, tibi semper officiat. Numquam ergo ad illius arbitrium aliquid facere aut dissimulare[1] debemus, sed id solum agere, quod nobis utile iudicamus.

1	dissimulare	hier: (etwas) unterlassen, (etwas) nicht tun

4 In bello, qui plus in[1] agrariis[1] vigilaverit[1], plus in exercendo milite laboraverit, minus periculum sustinebit.

1	in agrariis vigilare	auf dem Feld wachen

5 Numquam miles in acie producendus est, cuius experimenta antea non ceperis.

6 Aut inopia aut superventibus aut terrore hostem domare melius est quam proelio, in quo amplius[1] solet fortuna potestatis[1] habere quam virtus.

1	amplius potestatis	mehr Macht

7 Nulla consilia meliora sunt nisi illa, quae ignoraverit adversarius, antequam facias.

8 Occasio in bello amplius solet iuvare quam virtus.

9 Difficile vincitur, qui vere potest de suis et de adversarii copiis iudicare.

10 Amplius iuvat virtus quam multitudo.

11 Amplius prodest locus saepe quam virtus.

Vegetius, Epitoma rei militaris (III prol. 8; 26, 1-6. 9-17. 25-26.28-33)

12 Paucos viros fortes natura procreat, bona institutione plures[1] reddit[1] industria.

1	plures reddere (reddo, reddidi)	zahlreicher machen

13 Exercitus labore proficit, otio consenescit.

14 Numquam ad certamen publicum produxeris[1] militem, nisi[2] cum[2] videris[2] eum sperare victoriam.

1	produxeris: Konj. Perfekt → Prohibitiv	
2	nisi cum videris	außer wenn du siehst

15 Subita[1] conterrent hostes, usitata[1] viliscunt.

1	subita, usitata: Nom. Pl. neutr.	

16 Qui dispersis[1] suis[1] inconsulte sequitur[1], quam[2] ipse acceperat, adversario vult dare victoriam.

1	dispersis suis sequi (sequor, secutus sum)	mit seinen Soldaten ungeordnet die Verfolgung aufnehmen
2	quam: Bezugswort des Relativpronomens ist „victoriam”	

17 Qui frumentum necessariaque non praeparat, vincitur sine ferro.

18 Qui confidit equitatu, aptiora loca quaerat equitibus et rem magis per equites gerat.

19 Qui confidit pedestribus copiis, aptiora loca quaerat peditibus et rem magis per pedites gerat.

20 Cum consilium tuum cognoveris adversariis proditum esse, dispositionem mutare te convenit.

21 Quid fieri debeat, tractato[1] cum multis; quid vero facturus sis, cum paucissimis ac fidelissimis vel potius ipse tecum.

1	tractato (Imperativ II)	du sollst besprechen/beraten

22 Milites timor et poena in sedibus[1] corrigit, in expeditione spes ac praemia faciunt meliores.

1	in sedibus	hier: im Standquartier

23 Boni duces publico certamine numquam nisi ex occasione aut nimia necessitate confligunt.

24 Magna dispositio est hostem fame magis urgere quam ferro.

Vegetius, Epitoma rei militaris (III prol. 8; 26, 1-6. 9-17. 25-26.28-33)

25 Quo[1] genere[1] depugnaturus sis, nesciant hostes, ne aliquibus remediis obsistere moliantur.

1	quo genere	hier: mit welcher Taktik
2	moliri	hier: erstreben, (nach etwas) streben

1. Übersetzen Sie diese Grundsätze der Kriegsführung in arbeitsteiliger Partner-/ Kleingruppenarbeit. Benutzen Sie hierfür ein Wörterbuch und gegebenenfalls auch eine Grammatik.
2. Erläutern Sie, welche Konsequenzen die von Ihnen bearbeiteten Grundsätze für die Ausbildung und das Leben der Soldaten haben.
3. Präsentieren Sie Ihre Arbeitsergebnisse in Ihrer Klasse/in Ihrem Kurs.